# Band II., Nr. 396, Seite 165-166

*Pfalzgraf Hugo von Tübingen bestätigt dem Kloster Rot die mit dessen Hilfe und Beirat geschehene Wiederherstellung des Klosters Marchtal unter Angabe der Kirchen, Güter und Rechte, womit er dasselbe ausgestattet.*

## Lustnau, 1171. Juli 9.

Predilectis sibi in Christo, fratri O̊ttenoni, preposito, et conventui monasterii Rotensis, Hugo, comes palatinus de Tuwingen, salutem et ad sua beneplacita anhelare. Cum nos auxilio divine gratie de hostibus nostris, qui nos et terram nostram obsidione vallaverant militari, victoriam reportaverimus peroptatam, et per litteras nostras vobis intimaverimus nostri desiderii voluntatem, quod ad laudem et honorem nominis eius, qui nos de nostris inimicis concessit triumphare, de gremio vestri monasterii viris utique in religione famosis et virtutum sectatoribus vellemus deo concedente monasterium in ordine Premonstratensi construere et fundare, vosque ad huius operis consummationem promptos invenerimus et paratos, ita tamen quod conventui locato in locum Marthellensem, qui nobis iure et titulo proprietatis a nostris genitoribus obvenit, in quo monasterium collapsum et vacans erat, et in quo de novo monasterium fundare intendimus et construere, redditus competentes et libertates ipsi loco et ordini necessarias conferremus, et quod ad maiorem ipsius monasterii gloriam et profectum omni iuri nostro quovis nomine nuncupato renunciaremus; nos considerantes vestrum desiderium fore consonum rationi, et quod frater Eberhardus prepositus, quem nostre novelle plantacioni in pastorem prefecistis, cum addito sibi religiosorum contubernio clericorum, de vestra congregatione assumptorum, dulci fama, bone vite ac discretionis eximie, terrestribus se quasi angelum representat, ad honorem sancti Petri, apostolorum principis, monasterii Marthellensis prefati patroni; ecclesiam in Birlingen cum omni iure in dotem ipsius monasterii designamus et designavimus specialem. Ecclesiam quoque parochialem in ipsa villa Marthel cum ecclesia in Wachingenę et in Ambra, cum omni iure quod nobis competiit et competere videbatur, cum dote universali earundem ecclesiarum, piscationem quoque in fluvio Danubii, ipsum monasterium preterfluentis, a Nuinburch usque Hohenwart[1], et alia que privilegium fundationis speciale continet, in cottidianos usus et expensas deo militantibus in predicto monasterio perhenniter in proprium donavimus et donamus, renunciantes pro

[1]Flurgegend bei Ehingen, anscheinend unweit des Einflusses der Schmiechen in die Donau.

nobis et nostris heredibus universis omni iuri et exactioni, omni repeticioni et exceptioni, omnique advocatie ac temporalis com[m]odi obsequio, quod nobis in prefato monasterio ac in omnibus prenominatis competit, competiit et competere videbatur; protestantes, nos pure, simpliciter et precise ad honorem dei et in reverentiam sancti Petri ista omnia resignasse, omnique iuri nostro liberaliter renunciasse, nom*ine* fundatoris nobis solummodo reservando. Insuper si qui de nostris ministerialibus, hominibusve plebeis monasterio Marthellensi sepedicto sponte aliquid, vel precio accepto voluerit conferre ac donare in remissionem suorum peccatorum, vel pro commutacione meliori, nostre licentie ac auctoritatis plenitudinem sibi collatam noverit per presentes.

Datum et actum in Lustenowe, anno domini MCLXXI., VII. idus Iulii, indictione IIII. Et ut hec permaneant firmiora, presentem kartulam exinde conscribi fecimus et nostri sigilli robore communiri.

—

Der Textabdruck folgt einer der Ausfertigungen (A).

Das runde Reitersiegel des Ausstellers von bräunlichrotem Wachs an einem Pergamentriemen anhängend. Der Reiter, in geschlossenem Helm, mit vorwärts gerichteter Lanze, von welcher die pfalzgräfliche Fahne im Bogen rückwärts flattert, sprengt sein Pferd, dem er eben den über dem Knöchel befestigten dreizinkigen Sporn einzudrücken scheint, in gestrecktem Lauf nach der rechten Seite. Seinen Mittelkörper deckt der herzförmige Schild, auf welchem die pfalzgräfliche Fahne ebenfalls abgebildet ist. Ein faltiger Waffenrock reicht nicht ganz bis zum Knie des Reiters, der sehr kurz im Bügel sitzt und wie zum Stoße ausholend den rechten Ellenbogen samt Lanzenschaft etwas hinter dem Körper hervorbringt. Die linke Hand hält in Brusthöhe den einfachen Zügel des mit einem Sattel und darunter hervorflatternden Decke versehenen Pferdes. Die Umschrift lautet: + S. HVGONIS PALATINI COMITIS DE TVWINGEN. Vgl. das gleiche Siegel in WUB, Bd. II, Nr. 422, S. 208 f.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv

**Signatur/Titel des Originals:**
Klosterurkunden Marchtal Nr. 2

**Überlieferung und Textkritik:**
Abschrift auf Papier, beglaubigt [1829]: HStA Stuttgart B 475 U 127. Ferner Abschrift im StA Sigmaringen: Dep. 30/12 T 1 Nr. 1231.

**Editionen:**
Johann Christian Lünig: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 18, S. 452. Petrus: Suevia ecclesiastica, S. 564. Hugo: Ordinis Praemonstratensis annales, Bd. 1,2, Prob. 80.

**Regesten:**
Urkunden Obermarchtal, S. 51, Nr. 2 (Fälschung).

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Lustnau

**Ortsindex:**
Achalm : Reutlingen RT

Achalm Wohnplatz (15987)

Donau

Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)

Kirchbierlingen, Ehingen (Donau), UL

Lustnau Wohnplatz (16210)

Lustnau, Tübingen, TÜ

Neuburg Wohnplatz (16868)

Neuburg, Lauterach, UL

Obermarchtal Wohnplatz (16905)

Obermarchtal, UL

Rot an der Rot BC

Rot an der Rot Gemeinde (17494)

Tübingen Wohnplatz (16214)

Tübingen, TÜ

Unterwachingen Wohnplatz (16969)

Unterwachingen, UL